

gentitate ineffabili gaudio omni
in solis in iudea. ut affrica. all.
more. psalmi dicite. i. bu opunt
ei. v. ad honore nois ei. vi. luceant
co. ho. all. laus di ioye. Dare glia
i. glificare et laudate eum. al. al. al.
t. plicat qz una e gla et laus cum v
nati p duo ioyta caritatis firm
fide trinitatis. qm psonant. t
pven. i nonne filium. in lau
scu. accipit. id p bis. postea t
amit. videt ut die vs. dicite ad c
ore. epe. e dnc q tribit. mag
na reditiois. e incarnatio. pa
fortitiois. Cui nonit. qu
ne emne psi resur. rois
dm occidit iudei. nulliare
de. Dicite ad. re. De dnc p erro
gaudio p mozem. die. ad. vs. qe
ut i un. re. sps p rioner eos q
clau s p bap. pugnare et. mual.
Obse. nos abstru. re. i q. d. qe
ricone dnt. e. no. r. q. v. d. d. qe
denitio de. r. d. m. h. ad. t. d. d.
cyloms op. nos. a. b. ad. t. d. d.
all. re. r. d. d.

- I. *Arts habendi et Audiendi Conciones Sacras* *Wilhelmi Zeppori.* *Keckermanni.*
- II. *Rhetorica Ecclēstia* *Wilhelmi Zeppori.*
- III. *Methodus Concionandi* *Jacobi Andreae.*
- IV. *De Preparatōe et Consolatōe Christi-fidelium ad mortem* *Orōes Funebres* *M. Santaleonis Candidi.*
- V. *Enarratio Psalmorum Penitentialium et Graduum* *D. Danielis Arcularij.*
- VI. *Apriorum Theologicorum* *Quirini Reuterij.*
- VII. *Explicatio Problematis Eucharistici.*
- VIII. *Meditatōes Sacrae in Euglia Unica* *D. Petri Heigij.*
- IX. *Oratio de Essentia Sacramentorum* *Literarum Francisci Bredovij.*
- X. *Oratio* *Hermani Remschkei* *Lingua Hebraea.*
- XI. *Oratio de obtinenda contrahendi Matrimonij Libertate.*

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECAE ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Nea. I

DE SACRA-
RVM LITERARVM
SEV VERBI DIVINI
PRÆSTANTIA

ORATIO,

Scripta

à

*M. FRANCISCO BREDOVIO
Luneburgensi.*



FABIRANÆ SAXONVM
Excudebat Bernhardus Petri
Campens. Anno 1589.

9

DE SACRA
RVM LITRARVM
SEV VERBI DIVINI
PRAESTANTIA

ORATIO

M. FRANCISCO BREDONIO
Lutheburgensi.



FRANCOBURGENSIS
EXCUBITUS SENIENSIS
CAMPUS ANNO 1555

R
E
ac
do

tilsi
non
spec
ge at
vt rex
à sub
bus r
opulo
auter
cipiel
Hunc
dupli
stitui
dinis
honor
labor
guber



2

REVERENDISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI
ac Domino, Domino Philippo Sigismun-
do, Episcopo Verdensi, & Duci Bruno-
uicensi ac Luneburgensi, Domino
suo clementissimo.



ET VS & communis
Persarum mos fuit, Reue-
rendissime & Illustrissime
Princeps Philippe Sigif-
munde, Domine clemen-
tissime, vt reges suos prostrati adorarent, &
non nisi cum munere honorario in con-
spectum ipsorum prodirent. Quippe le-
ge antiquitus lata apud illos sancitū erat,
vt rex, cum per ditionem suam iter faceret,
à subditis pro cuiusq; facultate atq; opi-
bus muneribus donaretur. Cū igitur
opulentiores pretiosissima quæq; , vulgus
autem vilissima offerrent, rex vniuersa ac-
cipiebat serena fronte, boniq; consulebat.
Hunc morem homines illi prudentissimi
duplicem ob rationem mihi videntur in-
stituisse, Primò namq; subditos gratitu-
dinis regibus præstandæ admonere, & ad
honores ijsdem exhibendos pro curis ac
laboribus, quos in administrandis regni
gubernaculis subeunt, assuefacere volue-
runt.

runt. Deinde reges sui officij admonere animus fuit, vt quæcunq; tenuioris fortunæ homines, pro sua quisq; facultate, darent, benigno vultu accipirent, ijsq; fatiati egenos nullis iniquis exactionibus grauent. Laudabilem hanc Perficæ gentis consuetudinē, cū nuper animo voluerem, ita probavi, vt me subditum ac ministrum tuum ecclesiasticum, in gratitudine & honore Tæ C ni exhibendo, sequi illam omninò necessarium ducerem. Quippe cū paucos ante annos Reuerendissimus & Amplissimus præsul Verdenfis Eberhartus, sanctæ memoriæ fato sublatu episcopali è sede hac excessisset: T^a Cdo in eandem cathedram nostræ diœceseos, consentientibus templi maioris procerum suffragijs & miro subditorum omnium applausu, subleuata est, honoribus illis atq; officijs Ci Tæ vltro delatis, quibus ob natalium claritatem, ob opes & potentiam, ob præclaram indolem & ingenij Heroici dotes eximias fuit dignissima. Augusta namq; templa huius diœceseos, penetralia atq; aræ fidei tuæ commissæ sunt: religio, pietas, pax publica virtuti tuæ concredita est: morum ac disciplinæ subditorum gubernatio tuæ probitati ac iusticiæ demandata est: popu-
lus

3

lus omnis, incolæ omnes huius prouinciæ,
senes, iuuenes, docti, rudes te respiciunt
audiuntq; : Sacerdotes simul & Prophana
multitudo à C o T a sanctissima iura, æ-
quissima monita, salutare institutiones,
& vitæ verè Christianæ exemplar expe-
ctant : Omnes deniq; sub C is T æ cer-
tissima tutela secure admodum se respira-
re, tranquillo in ocio degere, & synceram
religionem se exercere posse existimant.
Hæ sunt illæ dignitates, hæc officia, ad quæ
gerenda in hanc prouinciam C o T a vo-
cata est. Quamobrem, Princeps Reueren-
dissime, cum ego subditus simul tuus &
minister Ecclesiasticus tibi vtpote supre-
mo meo magistratui ac Domino clemen-
tissimo debitam gratitudinem præstare
ac munusculum aliquod honorarium se-
cundû Persicæ gentis morem offerre om-
nino decrevissem, nullum conditioni ac
facultati meæ convenientius, quàm hoc
literarium, in quo de sacrarum literarum
præstantia ipsis è literis sacris differitur,
reperire potui. Quas enim ego Eccle-
siastes res potius, quàm illas, quæ sola sa-
lutis nostræ instrumenta sunt, oratione
mea commendarem? Tam autem C em
rogatam etiam atq; etiam subiectissimè
volo, vt munusculum illud, quod modò à
me

here
rtu-
da-
tia-
gra-
gen-
vol-
n ac
rati-
, se-
cem.
ren-
den-
sub-
T a
æce-
pro-
om-
ribus
qui-
es &
& in-
t di-
a hu-
ei tuæ
publi-
um ac
o tuæ
popu-
lus

me offertur, benigno vultu fronteque serena accipiat. Id facturam esse C. em. Tam in animum penitus induxi. Quippe C. O. T. a ab ineunte ætate sacras literas summa diligentia percepit, doctores Ecclesie studiosè audiuit, & scripturæ cœlestis libros explicationesque eruditorum avidè perlegit. Novit namque T. a Celsit. quòd, Principis est virtus maxima nosse Deum. Deinde cum gregis Dominici Episcopum & supremum gubernatorem nunc T. C. agat, non ignotum est eidem C. T. non tam dignitatis quàm officij nomen esse Episcopum, quemadmodum Bernhardus ad Eugenium scribit: Nomen episcopi non sonat dominiũ sed servitium. Et Ambrosius in pastorali: Sicut senatorem chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, sicut barbarum arma, sicut nautam navigationis peritia, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat actores: sic episcopum non aliter nisi episcopalis operatio designat, ut ex bono opere magis quàm ex professione noscatur plus meritis esse Episcopus quàm nomine vocitetur. Hac ille. Quapropter Princeps Reverendissime, cum ad Episcopalem sublimitatem evectus sis, meminisse te assiduè oportet, quòd
Dei

4
Dei opt. max. minister atq; œconomus
es, sacris Christi ministerijs dispensandis
præpositus. Quippe D. Paulus ad Ti-
tum Cretæ insulæ nobilissimæ episcopū
scribens: Oportet, inquit, episcopum
inculpatum esse, tanquam Dei œcono-
mum seu dispensatorem. Mystera au-
tem Christi, quorum dispensatio T. C.
concredita est, sacrarum literarum seu
verbi divini monumentis, quæ cœlesti
spiritu afflati sancti Dei homines config-
narunt, comprehenduntur. Cùm au-
tem de earundem literarum præstantia
ipsis è literis nudè ac simpliciter in Orati-
uncula hac disseram, memor dicti Apo-
stolici: Qui loquitur, loquatur vt elo-
quia Dei: Spero equidem C. T. hanc
ipsam oratiunculam circa res dispensa-
tioni C is T uæ proprias versantem æqui
boniq; consulturam. Porro quemad-
modum ego subditus tuus simulq; mi-
nister Ecclesiasticus in signum gratitudi-
nis ac reverentiæ hoc pro facultate inge-
nij à me elaboratum qualecunq; litera-
rarium munusculum C. T. subiectissi-
mè offero: Ita ad extremum cum om-
nibus huius regionis incolis bene omi-
nor beneq; precor, vt præsulatus tuus
Tæ Ci, totiq; Illustrissimæ domui Bru-
novicensi,

novicensi, & nobis omnibus, qui hanc
Verdensem provinciam incolimus, salu-
tatis sit, imprimisq; cedat ad diuini no-
minis gloriam & Ecclesiae emolumentū.
Multi iam olim è maioribus atq; agnatis
tuis antistites harum regionum terras
atq; Ecclesias summa cum laude guber-
narunt, quòd multis eximijs corporis
atq; animi dotibus præditi essent. Inter
illos Georgius ille, sanctæ memoriæ, qua-
dragesimus nonus Verdensis, & quin-
quagesimus quartus Mindensis Episco-
pus, quadragesimus autem primus Bre-
mensis Archiepiscopus, quòd heroici a-
nimi absolutæq; virtutis princeps esset,
facilè primum locum tenet. Quippe pia,
iusta ac sapiens illius moderatio his ter-
ris atq; Ecclesijs adeò fausta felixq; fuit,
vt præclara passim vigeat nominis ipsius
commendatio, grataq; sit incolis vniuer-
sis virtutum facinorumq; eiusdem re-
cordatio. Cùm verò præcellens sit
Cis. Tæ. indoles, & satis maturè Heroici
tui ingenij dotes eniteant, nihil ambigi-
mus te præfulem simul & principē exi-
mium futurum, & Georgij Illustrissimi
Principis virtutes peracri studio æmula-
turum. Quem conatum tuum felix de-
inde ac salutaris harum terrarum admi-
nistratio

51
nistratio sequetur, vt nulla non modò
naufragia reipub: aut Ecclesiæ, sed ne
tempestates quidem aut fluctus vlli sint
pertimescendi. Quamobrem Philippe
Sigismunde Princeps Illustrissime per
vestigia maiorum tuorum progredere,
& Georgij imprimis nunquam sat dig-
nè celebrati principis virtutes ac facino-
ra æmulare: Tunc Dei opt. max. mu-
nere amcænissimè florebit Verdensis re-
gio, & omnis bonorum, ornamentorū
splendorumq; copia in eandem exun-
dabit. Verdæ, è meo Musæo, Mense
Augusto, Anno à partu virginis millesi-
mo, quingentesimo, octogesimo nono.

Tuæ Celsitudini
subiectissimus
M. Franciscus Bredouius
Luneburgensis.



hanc
salu-
ni no-
entū.
natis
erras
iber-
poris
Inter
qua-
quin-
isco-
Bre-
ici a-
esset,
e pia,
s ter-
fuit,
ipfius
iuer-
n re-
ns sit
eroici
abigi-
è exi-
simi
mula-
ix de-
admi-
tratio

DE SACRARVM
LITERARVM SEV VER-
bi diuini præstantia,

Oratio.



*Simmensum DEI Opt. Max. beneficium est, quod initio verbum suum cœleste pijs ac fidelibus hominibus per Spiritum sanctum afflauit, & monumentis deinde literisq; cōsignatū, ad nostrā salutē atq; instaurationem, Ecclesie tradidit. Quippe, cū illud, quod animis nostris naturæ lumine perspicuum non erat, patefaceret, sua essentia ac voluntatis notitiam per lapsum primorum parentum partim obscuratā, partim extinctam, inter mortales denuò accendit, eosq; in peccata prelapsos & iræ suæ reos ad pœnitentiam vocauit, & vniuersa filij vnigeniti merita atq; beneficia gratuito offerēs Spiritus Sancti primitijs largiter donauit, restitutaq; imagine sua, quam turpiter perdiderant, ad vitam æternam reparauit. Est stupendo quidem & inexpli-
cabile*

cabili mundi opificio, & exquisito Solis
Lunaeq; & aliorum syderum motu, iteq;
ingenito rationis lumine Dei bonitatem,
sapientiam atq; potentiam conspici vulgo
manifestum est: Vnde regius Vates in-
quit: Caeli enarrat gloriam Dei, & ope-
ra manuum eius annunciat firmamentum:
Et Paulus: Inuisibilia Dei, dum per res
conditas intelliguntur, e creatione mun-
di peruidetur, eterna scilicet eius tum po-
tentiata diuinitas. Et quis negat Philoso-
phorum de Deo rebusq; diuinis cognitione
praclarã adeo atq; illustrẽ fuisse? Quippe
secundum Platonem Deus est viuens im-
mortale sibi sufficiens ad felicitatem, sub-
stantia eterna & causa boni in natura.
Idem Xenocrates & alij de Deo sensere.
Aristoteles palam ait: Deum esse unum
numero & ratione immobilem, item esse
sempiternum & optimum. Cato fatetur
Spiritum esse, & puramente colendum.
Cicero mentem vocat secretam ab omni
labe. De vero quoq; Dei cultu satis pra-
clare locutus est Plato, qui ait: Deum nõ
coli sacrificijs, cum omnia bona ab illo ac-
cipiamus,

eipia
indi
rem
cogn
lustr
nulla
Deu
Iesu
lus,
Dei
tare
G. I
eter
one
Iust
hoc
est f
dict
crim
stit
pro
Chr
acce
Dei
Dei

7
cipiamus, ipse vero à nobis nihil tanquã
indignis. Ideòq; ei soli nos debere hono-
rem & gratiam. Sed hæc Philosophorum
cognitio, quantumvis splendida atq; il-
lustris, mutila atq; imperfecta est, &
nullam ipsis impartit salutem. Nam nec
Deum Patrem æternum, nec filium eius
Iesum Christum, extra quem non est sa-
lus, agnouerunt. Deinde voluntatem
Dei in sacris literis patefactam de gratui-
ta remissione peccatorum, de colligenda è
G. H. Ecclesia, & vitam post hanc vitã
æternam unã cum corporum resurrecti-
one prorsus ignorauere. Quod autem
Iustinus de Socrate scripsit, illum λόγος
hoc est Christum agnouisse, prorsus non
est ferendum. λόγος quidem sine rationis
dictamen & honestorum ac turpium dis-
crimen utcunq; cognouit, ut de civili in-
iustitia melius fortè quàm alij doceret, &
propius ad doctrinam Christi de dignis
Christiana professione moribus ac vita
accederet. Sed Iesum Christum filium
Dei, Deum ac hominem, eumq; unicum,
Dei atq; hominum mediatorem penitus
ignora-

ignoravit. Longè igitur maximum discrimen statuendum est inter Ethnicam religionem siue notitiam Dei naturalem & illam, quæ è sacris literis Sancti spiritus suggestione conscriptis petitur ac paratur. Vnde illarum literarum, quas aliàs verbum diuinum nuncupamus, tanta est dignitas, tanta utilitas, tanta dulcedo, ut nemo quamvis maximo ingenij acumine ac dicendi vigore præditus, animo concipere illa & sermone possit exprimere. Itaq; ob sui præstantiam uniuersis mortalium opibus & mundis diuitijs merito sunt anteponendæ, quemadmodum David inquit: Iudicia Iehouæ desiderabilia magis esse quàm aurum & quàm obcizum multum, & dulciora melle & stillatione fauorum. Et Salomon: Cælestis sapientie acquisitionem meliorem esse, ait, negociatione auri & argenti. Ut autem, optimi auditores, cum me tum alios ad verbi diuini ardentius studium inflammem, rationes varias, quibus id sacris in monumentis commendatur, vndiq; decerpere & in hanc Oratiunculam conij-

cere

cere pl
dicend
dandis
nisi qu
bari qu
citra sp
plificat
one me
dat qu
tie. S
nienst
dissim
Deos,
ne quo
lenti e
posito
condu
Christ
ter Do
cari co
Eccles
quod
niat,
quàm
tur, q

tere placuit. Cumq; ingenio sim tenui &
 dicendo parum valeam, hanc in commen-
 dandis sacris literis via sequar, ut nihil,
 nisi quod e scripturis sumptum sit & pro-
 bari queat, afferam, idq; nudè ac simpliciter
 citra splendidas quasq; ac magnificas am-
 plificationes exponam, ne fortè orati-
 one mea thesauro huic Cœlesti plus dece-
 dat quàm accedat dignitatis atq; prestan-
 tia. Si igitur Pericles fortissimus Athe-
 niensium Princeps idemq; Orator facun-
 dissimus, cum in Concionem prodiret,
 Deos, Plutarcho teste, precari solitus est,
 ne quod verbum ipsi imprudenti aut no-
 lenti excideret, quod vel argumento pro-
 posito minus conueniret, aut Reip. parum
 conduceret. Quanto magis me hominem
 Christianum te, aterne ac misericors Pa-
 ter Domini nostri Iesu Christi, serio pre-
 cari conuenit, ne de hoc prestantissimo
 Ecclesie thesauro aliquid temerè proferam,
 quod vel huius prestantia minimè conue-
 niat, vel Ecclesie destructionem potius
 quàm adificationem promoueat. Da igi-
 tur, queso, ut dicendi de preciosissimo hoc
 verbis

dis-
 am
 lem
 spi-
 ac
 uas
 s,
 nta
 ge-
 is,
 sit
 ni-
 di-
 ua
 &
 el-
 n:
 re
 ti.
 m
 m
 a-
 ig;
 ff-
 re



Verbi tui thesauro, rationes ex eodem ipso thesauro desumam, & si non universa, potiora certe, inq[ue] verbo tuo depicta encomia recenseam, memor ubiq[ue] precepti Apostolici: Qui loquitur, loquatur eloquia Dei. Principio quotquot inter gentes sapientia & iustitia existimatione claruerunt, Legum & religionis sue originem ad Deorum aliquem referre soliti sunt, ut illis hac ratione solidam aliquam ac stabilem auctoritatem conciliarēt. Itaq[ue] Zoroastes apud Bactrianos & Persas legum suarum autorem fecit Oromazdionem vel Mesoromasdem Deorum, ut illi credebant, optimum. Mercurius Trismegistus leges se à Mercurio auro suo accepisse Aegyptijs persuasum voluit. Minos Cretensium, Charondas Carthaginensium, Lycurgus Lacedaemoniorum legislatores fuere, quorum primus suas à Ioue, secundus à Saturno, tertius ab Apolline editas esse testati sunt: Solon & Draco suas sub Minerue nomine apud Athenienses promulgarunt. Numa apud Romanos sibi nocturnos cū Aegeria Nymphā

Nym
ue su
gnit a
ac fab
iore m
par ar
sunt
solum
nullis
bus n
sacra
possit
arcam
prodi
tiam
cum r
ribus
voci
hum
cum p
sanct
locut
seu r
suetu
ta à

9
Nympha congressus esse simulavit, ut no-
ua sua religioni atq; institutis maior di-
gnitas accederet. Sed, ut illi omnes, nugis
ac fabulis populo imposuerunt, ut eo ma-
iorem repertis suis & legibus auctoritatem
pararent, ita sacrae literae ac leges verè
sunt diuinitus inspiratae, & origine sua
solum Deum Opt. Max. respiciunt, ita ut
nullis inuentis, nullis scriptis, nullis legi-
bus maius pondus atq; auctoritas, quam
sacrae scripturae monumentis accedere
possit. Quippe hic iam inde ab initio ex
arcana sua sede, qua est lux inaccessibilis,
prodiens essentiam, voluntatem ac poten-
tiam suam mortalibus, certo dato Verbo
cum multis stupendis & miraculosis ope-
ribus, patefecit. Et licet instrumentum
voci os sit, Deus autè ut reliquis membris
humanis, ita ore corporeo careat, tamen
cum primis nostris parentibus & reliquis
sanctis Patribus, ut homo, frequentissimè
locutus scribitur. Quod de tali loquela
seu voce intelligendum est, qua ad con-
suetum inter mortales sermonem effigia-
ta à mortalibus facile perciperetur. Quo
B verò

verò doctrina illa diuinitus prolata viua
voce propagari, & posteritati quasi per
manus tradi posset, Deus sanctissimos Pa-
triarchas, qui clarissima eius seculi lumi-
na fuere, selegit, & veluti eius ætatis E-
piscopos cælestibus reuelationibus aut alijs
testimonijs constituit, vt filij & nepoti-
bus totiꝫ, adeò posteritati, quæ ex ore di-
uino acceperant, viua voce citra inspira-
tam diuinitus scripturam cõmunicarent:
Quibus etiam vitam adeò longauam cõ-
cessit, vt dogmatum cælestium sincerita-
tem à corruptelis vindicarent, & nepo-
tes suos à falsis assuendis opinionibus ad
primos veritatis fontes reuocarent. Ve-
rum enimverò cum doctrina puritas per
viua vocis traditiones non semper nec v-
biq; conscruaretur, sed sæpissime adulte-
raretur, Deus, ne novis subinde & pecu-
liaribus ad doctrina instauratiõem reue-
lationibus opus esset, aliam sub Mose ra-
tionem instituit, vt scilicet monumentis
literarum diuina autoritate & testimo-
nio approbatis comprehenderetur & pro-
pagaretur. Hæc prima est scriptura origo,
cum

cum o
plius
tur, s
signa
const
nõ m
insti
git is
super
Et qu
tione
parẽ
dedit
cipere
Ante
inspir
uenen
Abra
ad su
ita, v
poste
la qu
chi, q
tur. S
ideõg
tere c

10
tūm oracula siue eloquia Dei nō iam am-
plius viua voce posteris, vt antē, traderē-
tur, sed sacris voluminibus à Mose con-
signarentur. Vt autem scriptura huic sua
constaret autoritas ac dignitas, Deus
nō modo recentē illam rationem & viā
instituit ac præcepit, sed scripto suis di-
gitis in tabulas lapideas decalogo ipse in-
super candē velut inuitauit & cōsecrauit.
Et quo deinceps illa, quæ diuina inspira-
tione per homines literis consignarentur,
parē autoritatē haberent, Mosi mandatū
dedit, vt reliquam legem ex ore ipsius ex-
ciperet & monumētis literarū mandaret.
Ante Mosē nulla scriptura diuinitus
inspirata extāt, quæ nostras ad manus per-
uenēre: quamuis fieri potuerit, vt Noah,
Abrahamus, Isaacus & Iacobus ea, quæ
ad sua tempora pertinuerūt, scripserint,
ita, vt Moses diuini Spiritus afflatu illa
postea collegerit & degesserit. In Episto-
la quoq; Iudæ Apostoli citatur liber Eno-
chi, qui ab Adamo septimus fuisse perhibe-
tur. Sed August. ait librū esse Apocryphū,
idcōq; fabulis, quæ in eo recitātur, nō oportere credere. Liber quoq; siue historia Iobis

ante Mosem extitisse putatur. Sed nos incertis illis reiectis, de monumentis scripturae diuinitus inspiratae, quae ad posteritatem peruenit, & haecenus conseruatur, verba facimus, inter quae, scripta Mosis serui Dei fidelissimi primum locum tenent. Mosem autem, ut scripta eius apud omnium etatum homines diuinam auctoritatem haberent, Deus multis signis & stupendis miraculis ornauit, & velut inaugurauit, tam ante quam post, atque adeo in ipsa librorum consignatione. Mose sublato Prophetarum praestantissimi diuinitus excitati sunt, qui in populo Iudaico floruerunt, & eadem, quae in libris Mosaicis consignata erant, asseruerunt, eoque diuina reuelatione interpretationes illustriores pro temporum, personarum & locorum ratione adiecerunt. Per hosce igitur Deus Ecclesiae suae prospexit, ut posteritas ab ipsis doctrinam scriptis comprehensam per manus acciperet, quo genuina ac pura usque ad mundi finem seruaretur. Sed haud contentus illo Deus, quod oracula sua per Mosem & Prophetas literis consignasset, extremis

extre
nitun
suo in
ens n
quae P
deran
sunt,
porte
denu
gno c
disset
tores
elegen
illust
omni
randi
terra
muno
predi
annis
uinit
igitur
haben
scrip
Dei t

M
extremis quoq; temporibus filium unigenitum, uti Prophetæ prædixerant, è sinu suo in terras demisit, qui, uti Sol exorrens noctis tenebras discutit, ita omnia, quæ Prophetæ strictius obscuriusq; traderant, luculentius abundantiusq; exposuit, & doctrinam suam multis signis portentosisq; operibus confirmavit. Is demum peracto pro mundi peccatis in ligno crucis sacrificio, cum ad Cælos ascendisset, Apostolos, quos suæ doctrinæ auditores & operum diuinorum spectatores elegerat, Spiritu Sancto cœlitus demisso illustravit, & scripturarum linguarumq; omnium peritia alijsq; facultatibus admirandis instruxit, ut non modo in toto terrarum orbe id, quod à magistro suo & mundi Seruatore Iesu Christo acceperat, prædicarent, sed etiam, quod multis iam annis viva voce tradidissent, scriptis diuinitus inspiratis consignarent. Horum igitur uti Prophetarum scripta diuinam habent auctoritatem, & tum quæ ab illis scripta tum ore vulgata sunt, æquè verbū Dei vocantur ac habentur, pari reuerentia ab omni-

ab omnibus excipienda. Quamobrem uni-
uersa scriptura sacra siue à Mose & Pro-
phetis, siue ab Apostolis et Euangelistis cō-
signata sit, eundem habet autorem Deum, et
ab eodē Spiritu diuino inspirata est. Hinc
est, quod Diuus Paulus 2. ad Tim. scribit:
Tota scriptura diuinitus est inspirata,
utilis ad doctrinā, ad redargutionem, ad
correctionem, ad institutionem, quae est in
iustitia. Et D. Petrus ait: Illud primum
noueritis, quod nulla Prophetia scriptura
sit proprii impulsus. Non enim uoluntate
hominis allata est olim Prophetica, sed
impulsi à Spiritu sancto locuti sunt san-
cti Dei homines. Sacris igitur literis
tam veteris quam noui instrumenti, ut-
pote quarum origo ad Deum solum refer-
tur, in omnibus fidem habeamus, & Deo
nobiscum per scripturas loquenti atten-
damus. Habemus enim teste eodem Petro
Apostolo, firmissimum sermonem Pro-
pheticum: cui recte facimus, quod atten-
damus, uelut lucernae splendētī in obscuro
loco, usq; dum dies illucescat, & lucifer
exoriatur in cordibus nostris. Porro sacra
litera

litera
ita c
quog
agun
cunq
atq; p
uersa
lescit
aliqu
teris
Chri
um,
litera
nium
stant
autem
Chri
à lim
Nam
cunda
ritus
lis, &
iest at
Exit
Et

12
litera ut origine sua ad Deum respiciunt,
ita circa Christum Deum ac hominem
quoque versantur, & de eodem potissimum
agunt, & testantur. Omni autem, quae-
cumque sit, facultati ac doctrinae dignitas
atque precium paratur est materia, circa quam
versatur. Nam prout haec praestat vel vi-
lescit, ita nobilior vel ignobilior habetur
aliqua scientia. Quare cum in sacris li-
teris nulla alia de re sermo sit, quam de
Christo, imo Christus summa sit omni-
um, de quibus illic agitur, tanto eadem
litera habende erunt praestantissima om-
nium, quanto Christus est omnium pra-
stantissimus ac nobilissimus. De Christi
autem praestantia ac nobilitate nemo
Christianorum, qui sacram scripturam
a limine duntaxat salutavit, ambigit.
Nam si diuinam eius naturam spectes, se-
cundum hanc ab eterno ex Deo Patre ge-
nitus est, Deus aeternus, Patri coessentia-
lis, & eiusdem cum illo potestatis atque Ma-
iestatis: De quo Micheas Propheta inquit:
Exitus eius ab initio a diebus aeternitatis.
Et Esaias: Generationem eius quis
enarrabit?

enarrabit? Ad hunc quoque DEVS Pater
apud Davidem ait: Filius meus es tu:
Ego hodie genui te. Quomodo autem
generosissimus hic ortus aut natiuitas fiat,
credi facilius quam exprimi verbis potest,
& verè, ut D. Basilus ait, inenarrabile
est humanis verbis. Quod verò ad hu-
manam naturam attinet, è familia tali
natus est, cui nulla alia, vel vetustate vel
heroum inde progenitorum virtute &
gloria, conferri potest. Hæc certa &
nunquã interrupta linea ab ipso Adamo
omnium nostrorum Parente originem
trahens tot sanctissimos Patriarchas ante
& post diluuium, itemque tot gloriosissimos
Reges ac Principes, ut de Prophetis &
sacerdotibus nihil dicam, produxit. Si
itaque solis rationibus humanis agamus,
omnes mortales stirpis nobilitate superat.
Sed maior erit illius decus ac præstantia,
si virtutem spectemus, quam Ethnicorum
sapientissimi vnicam admirari & magni-
facere solent. Quippe cum aliorum mor-
taliu[m] conceptio ac natiuitas in peccato
fiat, Christus absque omni vitiosa natura
contagio

cont
inter
adeo
scele
tueri
cebat
cato
cecin
tem
tuus
tuus.
Naz
sanc
è Ca
pres
mor
ris c
rum
ex a
sed
stiv
Tu
din
reg
san



13
contagio à Spiritu Sancto conceptus & ex
intemerata virgine natus est, & vitam
adeo sanctam egit, ut nullius vitij nedum
sceleris à quopiam argui aut accusari po-
tuerit, què admodum apud Iohannem di-
cebat: Quis vestrum arguet me de pec-
cato? De hac illius generositate naturæ
cecinit David: Amas iustitiam, impieta-
tem odis, propterea quòd te, Deus, Deus
tuus unxit oleo letitiæ præ consortibus
tuis. Hoc Petrus exponens ait: Iesum
Nazarenum unxit Deus Deus Spiritu
sancto & virtute & c. Et Baptista: Qui
è Cælo venit, supra omnes est. Est ergo
prestantissimus & nobilissimus omnium
mortalium, in quo virtutes omnis gene-
ris citra mensuram ac numerum florue-
runt. At verò his prestantius est, quòd
ex æterno DEI decreto non temporalis
sed æternus Rex & Sacerdos Ecclesiæ con-
stitutus est. Illi enim dictum est à Patre:
Tu es sacerdos in æternum secundum or-
dinem Melchisedech. Item: Ego constitui
regem meum super Zion montem meum
sanctum. Quippe sacerdotè agit reuera,
cum nos

cum nos docet, nobis benedicit omni benedictione spiritali, peccata item nostra suo sacrificio in cruce peracto tollit, & denique noster apud Patrem intercessor atque advocatus est. Præterea regis munere fungitur, dum nos à diaboli potestate asserit, & tuetur, & suorum iudiciorum exempla quotidie exerit, et ad iudicium vivorum ac mortuorum demum in nubibus reuertetur. Sed omnia, quæ hætenus recensui, nobilitatis genera superat, quod suum decus ac generositatem in nos transfundit, & nos omnes, qui in ipsum credimus, sui similes facit. Ne potentissimi quidem nobiliū, qui in hoc seculo dominantur, sui similes generare queunt: Vnde non temerè vulgari proverbio fertur: Heroum filij noxæ. At Christus, quam ipse habet sibi innatam nobilitatem, alijs conferre potest. Vnde Iohannes ait: Quotquot eum exceperūt, dedit eis potestatem, ut filij DEI fierent, nempe ijs, qui credunt in nomen eius. Item: E plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Hæc est præstantia, hæc nobilitas Christi Servatoris nostri,

nostr
nus
auter
serm
tur.
libro
quan
vete
dem
nem
Ille
Et n
cred
psit
quo
ad
iust
con
affe
sim
usq
stur
ver
doe



nostri, quam nullus sana mentis Christia-
 nus homo in dubium vocabit. Quod
 autem sacris in literis nulla alia de re
 sermo sit, quam de Christo, facile proba-
 tur. Et primo quidem noui instrumenti
 libros de illo potissimum agere, nemo,
 quantum arbitror, ambigit. Sed si de
 veteri fortassis aliquis dubitat, is eun-
 dem Christum audiat, qui apud Iohan-
 nem inquit: Scrutamini scripturas:
 Illae enim testimonium perhibent de me.
 Et mox ibidem: Si credidissetis Mosi,
 credidissetis mihi: De me enim ille scri-
 psit. Si autem illius scriptis non creditis,
 quomodo verbis meis creditis? Et Paulus
 ad Romanos: Finis legis Christus est ad
 iustificationem omni credenti. Multos ad
 confirmationem rei huius locos consimiles
 afferre possimus, sed paucis hisce modo
 sumus contenti. Quapropter cum utri-
 usque instrumenti volumina circa Chri-
 stum DEVM atque hominem omnium
 rerum praestantissimum & generosissimum
 versentur, omnium quoque literarum,
 doctrinarum atque scientiarum habenda
 erunt

erunt præstantissima. Verum enim verò
inter alia multa, quæ verbi cælestis digni-
tatem asserunt, proprietatum ipsius splen-
dor vel principem locum tenet. Nihil
enim me tam fortiter commouet, & ad
magnificandum admirandumq; illud in-
uitat, quàm splendoris illius exacta & di-
ligens cõsideratio. Iisdem quoq; proprie-
tatibus siue differentijs sacra scriptura,
quæq; in hac continetur, doctrina cælestis
ab alijs Philosophicis, prophanis adeoq;
impys dogmatibus discernitur, & morta-
les, vt illa sincero ac constanti studio am-
plectantur, mirum in modum exuscitan-
tur. Harum porro differentiarum seu
proprietatum prima est, quòd integra atq;
perfecta sit scriptura, & hominem, qui
illi occumbit, absoluta sapientia queat
imbuere. Testatur id Regius Vates, cum
Psalm. 19. ait: Lex Iehouæ perfecta.
Et Paulus 2. ad Timoth. Tota scriptura
diuinitus est inspirata, vt perfectus sit
homo Dei, ad omne opus bonum perfecte
instructus. Vniuersæ enim extra Eccle-
siam doctrine ac religiones inutile ac
manca

manca
natu
exter
state
non
impl
grun
struc
gely
prop
ac ce
quit
Paul
& o
ctam
tum
dem
man
Sed
agn
tio
eter
mut
ver
den

15
manca sunt, & si quid inest tolerabile, è naturali legis notitia desumptum est, de q̄ externa modo disciplina morumq̄ honestate verba facit. At diuina illa eloquia non sunt adeò mutila principia, & quidē implicita ignorantia tenebris, sed integrum & omnibus necessarijs membris instructum corpus, & totam legis atq̄ Evangelij doctrinam complectuntur. Secunda proprietas verbi Cælestis est, quòd firmū ac certum sit, quemadmodum David inquit: Testimonium Iehouæ fide! . Et Paulus ad Timoth. Fidelis hic est sermo & omnibus modis dignus, quem amplectamur. Philosophia tum in Ethicis tum Phisicis n̄trūq̄ quaedam & firmas demonstrationes habet, quibus mens humana firmiter assentitur & acquiescit: Sed in rebus diuinis, quales sunt vera Dei agnitio, conseruatio Ecclesie, reconciliatio cum Deo, immortalitas anima, vita eterna &c. nihil prorsus intelligit seseq̄ mutare penitus ac dubitare fatetur. At in verbo Cælesti indubitata innumerisq̄ evidentibus & infallabilibus testimonijs diuinis

uini comprobata certitudo est, qua con-
uictæ mentes nostræ non possunt non as-
sentiri. Rectè igitur D. Petrus 2. Epist.
inquit: Habemus firmissimum sermo-
nem Propheticum, cui, rectè facitis, quod
attendatis. De rationibus autem, quæ do-
ctrinæ in sacris literis patefactæ certitu-
dinem demonstrant, aliàs multi prolixè
scripsere, quas ego nunc, ut breuitati stu-
deam, silentio prætereo. Tertia proprie-
tas sacrarum literarum est, quod rectæ
sunt, hoc est, quod rectam iustitiæ nor-
mam & rectum ad vitam iter monstrant.
Qui enim rationem ac sensum proprium
sequuntur, in tortuosis semper ambagi-
bus errant, fingunt alia atq; alia idola,
nouos indies instituunt cultus, nouisq; se
implicant erroribus. At Ecclesiæ doctrinæ
& præcepta diuinitus tradita non sunt
adeò flexuosa, sed rectissima ueræ iusti-
tiæ ratio. Quippe docent, quanta sit
legis diuinæ seueritas, quanta sit huma-
nerationis vitiositas & infirmitas, quo-
modo iustitiæ diuinæ per obedientiam
mediatoris satisfiat, quomodo DEVS
optimus

optimus.
iter f
utunt
Cælest
Leger
& cor
tas, m
tie e
statue
piet at
Max.
illud
dant.
propr
quem
ptum
nans
Serm
dent i
Arca
rand
term
do
opus

optimus cum fiducia in filium sit colendus. In his uniuersis rectum omnes iter faciunt, qui ductu uerbi Caelestis utuntur. Quando enim totum illud Caelestium literarum & doctrina corpus Legem & Euangelium comprehendens, & comprehensa his vera religio & pietas, nihil aliud sint quam aeterna sapientiae & iustitiae diuinae norma, certo statuere possunt, illa sua religionis & pietatis exercitia recta esse & Deo Opt. Max. imprimis placere, cum secundum illud praescriptum in uerbo iter incedant. Quarta uerbi Caelestis nota, propria est, quod purum ac lucidum sit, quemadmodum Regius Vates: Praeceptum Iehouae, ait, lucidum est, illuminans oculos. Et D. Petrus comparat Sermonem Propheticum lucernae splendenti in obscuro loco. Etsi igitur Arcana Verbi diuini mysteria adoranda sunt, & humana ratione intra terminos suos coercita, in illo legendo attentione & iudicio Spirituali opus est: tamen instar lucernae sunt
intens-

on-
af-
pist.
mo-
uod
do-
itu-
lixè
stu-
rie-
ecta
nor-
ant.
um
agi-
ola,
se
rina
unt
sti-
i sit
ma-
uo-
iam
V S
mus



in tenebroso loco posita, à qua ne tantillum
quidem oculus deicere oportet, ne in erro-
ribus & tenebris tandem extremis volu-
temur. Quippe, ut perspicuum, purum
ac lucidum est DEI verbum, ita mentes
nostras sua luce illustrat, ut de Deo &
voluntate illius rectè sapienterq; iudice-
mus. Prophana scripta, doctrinae ac re-
ligiones sunt intricatae, obscurae, ambiguae.
Mendacium namq; semper est *ἡ κεντὰ δὲ
ῶτος*. In Poëtarum scriptis simplex re-
rum veritas fabularum involucris velut
nebulis obdueta est, ut ab oculis mortalium
quàm longissimè sit remota. Philosophi
dogmata sua anigmatis, id est numeris
& atomis tam intricata ac perplexa red-
didere, ut homo viuacissimus licet totam
in illis aetatem terat, explicare nequeat.
Sybille folia obscura, & Apollinis oracula
ambigua erant, unde illum, quòd oblique
tortuoseq; responderet, *λοῖξιν* Graeci nun-
cuparunt. Hæreses propagatores varijs
disputationum labyrinthis sese involuunt,
& noua subinde sophismata ad vestien-
dos errores suos excudunt. Atqui sacra
scriptu-

script
luce a
gent,
cua su
vua f
quant
noscer
perfe
opus b
anima
minim
est, qu
vniue
Quar
lis &
tiant
inter
mus, r
ad sa
& va
& rel
propri
ment
religio
pe im

scriptura volumina atq; doctrina caelesti
 luce aeterni parentis beneficio, ita reful-
 gent, & omnibus in partibus adeo perspi-
 cua sunt, ut mortales Spiritu sancto &
 viva fide donati, non modo inde Deum,
 quantum ad salutem est necessarium, cog-
 noscere queant, sed etiam, teste Paulo,
 perfecti fiant homines DEI, & ad omne
 opus bonum perfecte instructi. Licet enim
 animalis homo ea, quae Spiritus Dei sunt,
 minime percipiat, Spiritualis tamen, hoc
 est, qui Spiritu diuino regitur, dijudicat
 vniuersa, ut Apost. 1. Corinth: scribit.
 Quamobrem licet vires ingenij natura-
 lis & ratio nostra in sacris literis caecu-
 tiant & palpitent, non aliter ac caecus
 in tenebris, tamen, quicumq; fideles su-
 mus, vi diuini Spiritus, quantum nostrae
 ad salutem necessarium est, intelligimus
 & valemus. Quinta sacrarum literaru
 & religionis in illis comprehensa nota
 propria est, quod omnium aliorum monu-
 mentorum adeoq; aliarum quarumcunq;
 religionu verè sunt antiquissima. Quip-
 pe inter omnes doctos & pios constat
 C nullum

illu
 rro-
 olu-
 rum
 ntes
 &
 dice-
 re-
 gua.
 & d
 re-
 elut
 aliū
 ophi
 eris
 red-
 tam
 eat.
 acula
 lique
 un-
 aris
 uūt,
 ion-
 acra
 ptu-



Nullum Græcum vel Latinum autorem ante Moſem literarum monumentis aliquid mandasse: Sed hunc multis seculis universos, qui vetustissimi scriptorum Ethnicorum habentur, antecessisse. Apud Ethnicos namq̄ nulla certa ac continua temporum ac rerum gestarum series, quæ Herodoti Historia antiquior sit, extat. Atqui hic historia sua à rege Lydorum Gyge, qui Cræsum ultimum Lydiæ regem 170. annis antecessit, & cum Manasse Iudæorum rege regnare cepit, principium fecit: Cùm autem Mosaica historia ab ipso rerum initio exordiatur, & mundo æqualis sit, annos circiter 3250. Ethnicam precedit. Et licet poematis Græcis narrationes de expeditione Argonautica, tragiæ Oedipi, bello Troiano & paucis alijs rebus quæ Gyge illo Paulo antiquiores sunt, inserantur, tamen certa annorum distinctione à mundi Principio deducta destituuntur: Et de toto illo intermedio 500. annorum spacio, quod Argonautarum expeditionem & Gygis imperium intercurret, nihil ferè ab historicis

ricis
hac
umq̄
tio de
alogi
scribi
enata
lut à
dani
Tars
Sidon
Assu
deduc
rum
suor
nent
ipsis
duct
sacri
Mos
comp
rio, q
Aul
prepe
imita

18
ricis Græcis memoria proditum est. Ad-
hec ut Mosaica historia certum continu-
umq; amorem eursum ab ipso rerum ini-
tio deducit: ita antiquissimis quoq; gene-
alogiis & gentium omnium origines de-
scribit, dum à Nohe filijs atq; nepotibus
enatas ac propagatas omnium stirpes (ve-
lut à Madai Medos, à Iauan Iones, à Do-
danim Dodaneos, à Riphat Riptseos, à
Tarsis Tarsenses, à Canaan Cananeos, à
Sidone Sidonios, ab Elam Elamitas, ab
Assur Assyrios & cæteros simili ratione)
deducit: Quæ gentes uti primæ terra-
rum orbem incolere cæpere, ita stipitum
suorum nomina pleraq; etiam hodie reti-
nent. Vnde omnibus perspicuum est, ab
ipsis mundi primordijs Mosaicæ historie
ductum esse initium. Præterea Ethnica
sacrificia & reliquos sacrorum ritus ad
Mosaicorum imitationem constat esse
compositos. Quippe Iphigeniæ immola-
tio, quæ à Græcis ad Dianam placandam
Aulide peracta est, nihil aliud fuit quàm
præpostera Iephthe Hebreorum iudicis
imitatio, qui temerario atq; illegitimo vo-

to filiam Deo immolauit. Deinde cum
multae gentes partim hospites peregrinos,
partim bello captos, partim proprios libe-
ros D^{ys} suis praecipue Saturno immola-
rent, quid aliud quam Abrah. & sacrificiū
& reliqua per Mosem diuinitus praescri-
pta, praua religione exprimere conati
sunt? Quamobrem, quando Ethnica sa-
crificia ad Mosaicorum imitationem te-
merè ac peruersè composita sunt, sequitur
monumentum Mosaica & proditam in his
religionem omnium primam & vetustis-
simam adeoq; ipsi mundo esse equalem.
Ultima verbi diuini proprietates est, quod
perpetuum sit & duret in aeternum, secū-
dum illud Esaia: Verbum Dei nostri
manet in aeternum. Hoc est autem illud
verbum aeternum, ait D. Petrus, quod per
Euangelium delatum est ad nos. Homi-
num reperta atq; instituta sunt abusa
subinde variantur, nec unquam sunt diu-
turna. At verbum Dei, & omnia, quae
in eo traduntur, nullo temporis progressu
antiquantur aut abolentur, sed durant
perpetuo & indies magis magisque proficiunt
ae

stabil
Dom
quis f
rit m
Qua
sit, n
verbu
minu
igitur
& fir
Habe
cultu
bus:
gener
quem
patre
ctione
olim
imple
orum
vita
que ab
mutat
in aet
sempe

stabiliuntur. Nam, ut Esaias inquit,
 Domino exercituum aliquid constituyente,
 quis faciet illud irritum? cumq; extende-
 rit manum suam quis illam reflectet?
 Quando enim quod vult, id insuper pos-
 sit, nihil est in rerum natura, quod illius
 verbum & decreta reuocare, aut, quo-
 minus rata sint, queat impedire. Omnia
 igitur, que in verbo eius traduntur, rata
 & firma sunt, & durant in aeternum.
 Habentur autem illic precepta de eiusdem
 cultu & religione, de vita item & mori-
 bus: habentur promissiones de humani
 generis redemptione per illum, extra
 quem non est, & sine quo nemo ad
 patrem venire potest: habentur predi-
 ctiones innumerae, quarum nonnullae iam
 olim sunt impletae, quaedam vero adhuc
 implenda, utpote de fine mundi, mortu-
 orum resurrectione, extremo iudicio &
 vita aeterna. Hac igitur omnia, & si
 quae alia verbo eius continentur, nunquam
 mutantur, nedum abolentur, sed durant
 in aeternum, quemadmodum Deus ipse
 semper idem est, & anni eius non defi-
 ciunt,

cum
 in nos,
 libe-
 mala-
 i ficiu
 scri-
 onati
 a sa-
 m te-
 nitur
 in his
 iustis-
 alem.
 quod
 secu-
 nostri
 illud
 d per
 omi-
 isota
 t diu-
 que
 gressu
 urant
 pficiunt
 de



ciunt, ut Psalmista inquit. Nec per se modo aeternū est caeleste verbum, sed aeternitate donat omnes, qui vera & constāti fide illud amplectuntur. Est enim teste Petro Apostolo, semen illud immortale, ex quo, teste Iohanne, in Dei filios & coheredes credentes renascuntur. Verūm his, quas haecenus recensui, divina scriptura proprietatibus nō placet amplius aliquid adijcere. Ex illis nāq; cuius facile obuium est, quae eius sit dignitas ac praestantia, & quanto illam studio amplecti debeamus. Verū enimvero mortales ferē omnes eo ingenio nati sunt, ut illud potissimū in praecio habeant & admirentur, quod usu suo prodest, & non exigua vita affert comoda: Eorum autem, unde nulla fructus aliquid aut lucri spes apparet, studium & venerationē prorsus abijciant. Opere praecium igitur fecero, si expositis haecenus dignitatibus ingentia comoda, quae è verbo diuino ad nos deriuantur, breuibus adijceram, ut eos, in quorū animis dignitas admirationē non exuscitat, amplissima saltem utilitas ad magnificiendū extimulet.

Quod

Quod
genti
facile
Rom.
in no
patie
spem
scrip
ad do
onem
iustit
mulo
perfe
num
de ve
testin
scrib
nun
post
rū m
plem
gent
nare
est,
pio c
null

20
Quod autem caelestis ille thesaurus in-
gentia mortalibus suppeditet commoda,
facile est ostendere. Nam D. Paulus ad
Rom. scribit: Quaecumq; iam scripta sunt
in nostram doctrinam scripta sunt, ut per
patientiam & consolationem scripturarum
spem habeamus. Et 2. ad Timoth. Tot a
scriptura diuinitus inspirata est & utilis
ad doctrinam, ad redargutionem, ad correcti-
onem, & ad institutionem, quae est in
iustitia. Et ne quid in commodorum cu-
mulo desiderari putes, mox adicit: Ut
perfectus sit homo Dei, ad omne opus bo-
num perfecte instructus. Cum igitur
de veteris instrumenti libris tanta extent
testimonia (siquidem cum Apostolus haec
scriberet, nouum nondum extabat) quid
nunc de toto scriptura corpore senties,
postquam Apostolorum atq; Euangelista-
rum monumenta velut interpretamentum ex-
plementumq; accesserint. Quando igitur in-
gentia ex usu sacrarum literarum ad nos ma-
nere commoda in confesso sit, proximum
est, quanam ea sint, difficere. Princi-
pio certum est veram Dei notitiam, qua
nullum maius humano generi bonum
conferrum

cōferri potest, nullo ex alio fonte quam
sacris literis hauriri posse. Philosophi
quidem verbo Dei destituti ad præclaram
quandam adeoq̄ illustrem non solum de
rebus humanis sed de Deo rebusq̄ diuinis
cognitionem peruenere. Quæ quanta
fuerit, non solum ex ipsorum scriptis
colligi potest, sed testimonio est illud A-
postoli, quod ad Rom. scribit: Deum il-
lis patefecisse id, quod de Deo cognosci
debit & potuit: Modum quoq̄ patefa-
ctionis ibidem indicat, quod scilicet per
visibilia creaturarum cognouerint inuisi-
bilia Dei, scilicet æternam eius potentiam
& diuinitatem: Deinde subiicit ipsos
esse inexcusabiles, quod Deum, ut illum
cognouerant, non glorificarunt, nec gra-
tias egerunt. Cum igitur illis cognitio
Dei ad damnationem sufficeret, excellen-
tem fuisse necesse est. Ut autem excellen-
tem fuisse fatemur, ita imperfecta simul
fuit, & salutem impartiri eisdem nequi-
uit. Quippe amplissimum quidem hunc
mundi visibilis librum, quem Plato in
Timeo Dei Patris ad genus humanum E-
pistolam vocat, diligenter inspexere, in-
deus

deus, au-
ra ad
de m
tura
confi
lux n
mira
scire
cogn
Cum
na in
signa
loqu
tion
pert
atq̄
stite
bris
tio p
lius
ras
me.
Ser
Rom
in c

21
deus autorem Deum aliaque arcana innume-
ra addidicere. Vnde Aristoteles in libello
de mundo palam fatetur Deum sua na-
tura inuisibilem ex operibus tamen suis
considerari posse. Deinde mentibus insita
lux naturalis in illis viguit, & cum ad-
miratione sapientia tenerentur, omniaque
scire vellet, Deus eadem via in sui quoque
cognitionem quandam illos perduxit.
Cum autem altero libro, qui scilicet diui-
na inspiratione à Mose & Prophetis con-
signatus erat, de cuius præstantia modo
loquimur, non uterentur, ad eam cogni-
tionem, quam nos inde nunc haurimus,
pertingere non potuerunt, sed in mutila
atque imperfecta Dei contemplatione sub-
stitere. Quapropter è sacra scriptura li-
bris perfecta modo ac salutaris Dei cogni-
tio petenda est, quemadmodum inquit fi-
lius Dei in Iohanne: Scrutamini scriptu-
ras: ille enim testimonium perhibent de
me. Item: Sanctifica eos in veritate tua:
Sermo tuus est veritas. Et D. Paulus ad
Rom: Prope te est verbum in ore tuo &
in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod
predicamus

predicamus. Quomodo autē philosophica
Dei notitia à vera illa, quā ex verbo eius,
ut pote lege, Euangelio & testimonijs mi-
raculorū haurimus, discernēda sit, breui-
tatis gratia dicere iam supersedeo. Secūdo
corruptæ nostræ naturæ, quā scriptura ve-
terē hominem vocat, defectus ac immun-
dities & contra hæc ira ac iudiciū diuinū
ē solis sacris literis doctrinaq; cœlesti de-
prehenduntur & agnoscuntur. Quando
enim mens humana tristi caligine ac cœci-
tate à lapsu primorū parentū oppleta sit,
philosophi & quicunq; sacrarum literarū
notitia destituuntur, nesciunt, animam
rationalem seu totum illud $\chi\omicron\upsilon\upsilon\iota\sigma\iota\mu\omicron\varsigma$ &
 $\iota\upsilon\gamma\epsilon\mu\omicron\upsilon\upsilon\iota\sigma\iota\mu\omicron\varsigma$ ab ipsis tantopere celebratum
inimicitiam esse aduersus Deum, eiusq;
iudicio repugnare, & peccato scaterere. Vtq;
statū supremæ huius facultatis ignorāt, ita
de inferioribus quidem facultatibus à no-
bis non dissentiunt. Nam à Philosophis
quoq; animaduersum est, in affectibus ho-
minis contra rationem pugnantibus in-
gentem ἀταξίαν esse, & manifestos er-
rores ac palpabilia peccata in concupisci-
bili

bili pr
corpu
est, a
veter
arbor
gos, s
tatis
ribus
Philo
Chri
cula
sordi
de no
veter
homi
circa
carn
mēbr
se di
les,
affir
cælo
iusti
iusti
liter

22
bili praesertim & irascibili parte. Atqui
corpus nostrum, quod animae organum
est, non intelligunt nec considerant in
veteri homine pro peccato militare, nos
arbores putres, oves perditas, filios prodi-
gos, seruos nequam & operarios iniqui-
tatis esse. Ideoq; hic omnem eorum de mo-
ribus, de natura, de disciplina & artibus
Philosophiam cadere, cum omnia extra
Christum rejiciantur & damnentur. Ora-
cula autem diuina de immundicie &
sordibus humanae naturae recte & abun-
de nos instruunt. Quippe hominem
veterem extra Christum peccato scatere,
homines esse mente corruptos, reprobos
circa fidem & priuatos veritate, sensum
carnis legi Dei non subijci nec satisfacere,
membra nostra esse arma iniustitiae, nos es-
se dispensatores iniquos & seruos inuti-
les, in tenebris & umbra mortis sedere
affirmant. Ideoq; revelari iram Dei de
caelo aduersus omnem impietatem & in-
iusticiam hominum, ut qui veritatem in in-
iustitia detineant. Magna itaq; est sacrarum
litterarum ad agnoscenda vulnera &
virium

virium nostrarum depravationē utilitas.
Tertio sacrae literae productis in conspectū
vulneribus & immundicijs nostris digi-
tum intendunt ad Christum Iesum τὸν
ἀρχιατρον & magistrum ad saluandum
adeoq; caelestem corporis atq; animae nostrae
medicum, eiusq; beneficia in nobis ab inte-
ritu & peste vindicandis monstrant &
offerunt. Nam de duplici ipsius officio,
primumq; de interno docent, cum illum
mentes nostras vera fide, & agnitione
Dei, ac dilectione imbuerent asserunt. De
fide enim ait Apostolus ad Romanos: Deum
cuiq; partitum esse mensuram fidei. Et
Apostoli apud Lucam clamant ad Chri-
stum, ut fidem in ipsis adaugeat. De vera
Dei agnitione ait Baptista: Unigenitus
filius, qui est in sinu Patris, ipse enarra-
uit nobis. De dilectione loquitur ipse Chri-
stus apud Iohannem: Praeceptum meum
do vobis, ut diligatis vos mutuo, sicut di-
lexi vos, ut & vos diligatis vos mutuo.
Per hoc cognoscent omnes, discipulos
meos esse vos, si charitatem habueritis in-
ter vos mutuam. Deinde de externo
eiusdem

eiusdem
part
auter
Euan
stus,
eana
Phar
solu
satis
Eua
osten
miss
se es
& h
pecca
prio
Doc
quan
ipsu
nit a
stud
min
spon
Chr
dem

23
eiusdem officio, quod partim in doctrina
partim operibus consistit, testantur. Cum
autem doctrina sit partim Legis partim
Euangelij, legem docendo inculcauit Chri-
stus, ut peccata inde agnoscerentur, &
eandem contra errores & imposturas
Pharisaicas interpretatus est: Adhuc non
soluere se illam, sed implendo demum ac
satisfaciendo tollere indicabit. Cum autem
Euangelicae Cōciones Messiae propria foret,
ostendit se esse illud ab initio rerum pro-
missum & benedictum Semen Abrahae,
se esse unicum mediatorem inter Deum
& homines, se esse agnum Dei tollentem
peccata mundi, & Pontificem, qui pro-
prio suo sanguine liberet & sanctificet.
Docet quoque, qua ratione salutem conse-
quamur, nempe fide vera ac viua, qua
ipsum apprehendamus, meritisque illius in-
nitamur. Deinde ad pietatem & virtutis
studium adhortatus est, ut professioni no-
minis Christiani externa conuersatio re-
sponderet. Opera autem in quibus officium
Christi externum consistit, partim ad re-
demptionem partim sanitatem extrin-
secam

secam referenda sunt. Primi generis sunt
hac, hostiam sufficientem offerre, & mori
pro mortalibus, caput serpentis Tartarei
conterere, opera diaboli destruere, à mor-
tuis resurgere, & triumphando ad Caelos
ascendere, à peccato, morte & aeterna da-
mnatione liberare, ad dexteram Patris pro
Ecclesia intercedere, eaq; tueri etc. Secun-
di generis opera sunt, quæ ut corporalia
bona, in hoc mundo tantum durauere, &
veræ animarum sanitatis symbola fuere:
Huc pertinet, quod pulso Sathana mentes
obessorum sanauit, suumq; supra Sathanam
imperium dactarauit, ite quod morbidorum
corpora sanitati restituit, & uitam a functis
in uitam reuocauit: quibus se veram esse
Messiam palam fecit, quemadmodum ad di-
scipulos Iohan. inquit: Ite & renunciate
Iohanni, quæ auditis & videtis. Cæci vi-
sum recipiunt, claudi ambulant etc. Opera
autem illa Messie esse propria, è Prophetis
precipue Esaiæ patet. Vniuersa hæc de
Messie doctrina, operibus & beneficijs sci-
entia Philosophis incognita fuit, unde
nullam quoq; ut qui extra Christum erant,
salutem

salutem
scrip
hibe
tion
quea
tione
tura
tutu
rent
hum
Que
60 po
na e
& a
labef
lit at
tabil
bere
cern
firma
aut n
esse
sacra
anim
imm

salutem sperare potuerunt. Sacra namq[ue]
 scriptura de Christo modo testimoniū per-
 hibent: quibus si desituaris, ad eius agni-
 tionem peruenire & salutē consequi ne-
 queas. Quarto saniores quidē ac sapien-
 tiores apud Ethnicos, cum uniuersum na-
 turæ rerum theatrum aspicerent, & insti-
 tutum in toto opificio ordinem perpende-
 rent, certò statuere & Deum esse & reos
 humanas conseruare atq[ue] administrare:
 Quemadmodū Xenophon inquit: ταῦτα
 θεοῦ τινος δαμῖστος ἢ φιλοζώου τέχνη
 εἶναι, hoc est, hæc sapientis architecti
 & amantis hominum opera esse. At ratio
 labefaeta ac tenebris oppleta, cum instabi-
 litatē rerum humanarum & fortune mu-
 tabilitatē considerat, et improbos bene ha-
 bere bonos in hac uita calamitatib[us] affligi
 cernit, nisi doctrina sacrarū literarū con-
 firmata sit, non potest aliter statuere, nisi
 aut nullum esse Deū, aut res humanas non
 esse Deo cura. Quamobrē cælestis doctrina
 sacris voluminibus comprehensa humani
 animi tenebras luce sua fugat, et plurimis
 immotis atq[ue] illustrib[us] testimonijs uerbi atq[ue]
 operum

sumt
 mori
 tatei
 mor-
 celos
 a da-
 is pro
 ecun-
 ralia
 e, &
 uere:
 entes
 hanā
 dorū
 cōtos
 esse
 a di-
 ciate
 i vi-
 pera
 betis
 ec de
 s sci-
 unde
 rant,
 lutem



operum diuinorum euincit, Deum res à se conditas conseruare & administrare certosq; ad fines dirigere. Quippe sacra litera non modo passim predicant Deum Opt. Max. esse fontem & principium rerum omnium naturalium, omnia in sua sapientia fecisse, omniaq; operari secundum beneplacitum voluntatis suae: Sed eximium quoddam & admirabile operum Dei genus, quo vires naturae superantur, & consuetus rerum cursus exceditur, commemorant. In his certè operibus, quae vulgò miracula appellari solent, propius & expressius, quàm in cotidiana rerum conditarum contemplatione Deus refulget. Haec prodigia ab his, qui naturalem rerum scientiam tractant, remotis sunt, & diuinis modo è literis cognoscuntur. Quamobrem docti his Christiani homines Deum ociosum à mundi opificio recessisse, & naturam legibus illis, quas ei ab initio posuerit, permittere negant: Verùm vniuersa singulis quibusq; momentis dirigere ac moderari pro arbitrio, multaq; contra usum & morem solitum administrant.

mini
to sac
mon
clesia
extra
lutem
aut en
cere,
malig
igitu
in ter
num,
tur,
cund
am a
audi
verbi
tinen
Sacr
meru
mort
Et in
tis an
tant
tum

ministrare asserunt & predicant. Quinto sacrae literae certis signis describunt & monstrant nobis militantem in terris Ecclesiam Dei, id est, cœtum illum hominū, extra quem quicumq; constituti sunt, salutem eternam sperare nequeunt. Multiū autem refert Ecclesiam illam certò agnoscere, ne pro vera Christi Ecclesia Ecclesiā malignantium amplectamur. Testimonijs igitur sacrae scripturae constat visibilem in terris Dei Ecclesiam esse cœtum hominum, qui verbo pastoris sui Christi reguntur, eiusq; solius doctrinam audiunt, secundum dicta illius: Oves meae vocem meam audiunt. Item: Et vocem alterius nō audiunt. Item: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine. Deinde iudem retinent verum & à Christo institutum Sacramentorum usum, formam ac numerum. Christus enim non solum docere mortales, sed etiam baptizare iussit: Et in actis Apostolicis fideles passim baptisantur, & in fractione panis perdurant. Præterea constat inde, eundem cœtum super unum Christum lapidem fundamenta-

D

damenta-

fundamentalem extructum esse: quia unius
edificij non possunt diuersa constitui fun-
damenta natura inter se pugnancia. In-
quit igitur scriptura fundamentum aliud
poni non posse, præter id, quod positum
est, quod est Christus Iesus. Item, Chri-
stum esse fundamentalem & angularem
edificij lapidem. Ecclesia igitur super
Christum Petram non super Petrum ho-
minem edificata est. Ille enim est Petra
& lapis angularis, quem Petrus nomine
omnium Apostolorum confessus est. Po-
stremo constat è sacris literis huic Ecclesie
malos quosdam & hypocritas commixtos
esse. Dicit enim Christus, in agro boni
tritici Zizania sparsa esse, quæ tamen,
ne noceant, à Patrefamilias non euellan-
tur. Item, in area Domini Paleas esse,
quæ tamen à Domino repurgentur.
Hac ratione depingunt sacre literæ
Ecclesiam DEI in terris militantem &
ab alijs à Deo reiectis cæteribus longissi-
mè separatam. E diuinorum igitur
oraculorum & non aliarum scientia-
rum testimonijs Ecclesie descriptio pe-
tenda

ten
Ecc
tissi
nob
obe
mu
pro
Ph
pro
tes
me
bit
cun
cess
2
aff
nee
de
So
me
rec
tu
qu
ni
cip

tenda est ei qui sese vera studet sociare
Ecclesiae. Sexto verbum diuinum cer-
tissimas totius vitae & morum regulas
nobis proponit, dum primo de cultu &
obedientia, quibus DEO deuincti su-
mus, deinde de alijs vitae officijs & erga
proximum conuersatione nos instruit.
Philosophia quidem & morum praecepta
proponit, & ad iustitiam aliasq; virtu-
tes exuscitat. Sed cum omnis virtus in
mediocritate consistat, cuius tandem ar-
bitrio de medio illo constituendum erit,
cum inter externa utpote defectum & ex-
cessum quamlongissima pateat distantia?
Quippe nec ratio, quae cupiditatum atq;
affectum stimulus saepe à recto deflectit,
nec sensus, qui non sunt adeo perspicaces,
de tantis rebus iudicium ferre queunt.
Solum igitur Dei verbum, quod vitam
moresque nostros gubernat, tanquam
rectitudinis norma unica, de vero vir-
tutum medio consulendum est. Quic-
quid hic nobis siue in cultibus diui-
nis siue in officijs erga proximum pra-
cipitur, quicquid approbatur, id

D a demum

demum sincera & solida virtutis nomi-
ne vocandum est. Septimo solus sacrarum
literarum thesaurus verus atque efficaces
consolationes in omnibus aerumnis & ca-
lamitatibus, quae nos undique premunt,
suppeditat. Ideoque Apostolus ad Roma:
inter ceteros sacrae scripturae effectus huc
quoque describit, ut scilicet, per patientiam
& consolationem scripturarum spem ha-
beamus. Ethnorum quidem quampluri-
mi aduersitates forti animo pertulere, &
solatia, quibus deiectum miseris animum
erigerent, inquisuere, sed quae vera ac so-
lida essent, non reppererunt. Aduersitates
necessitati & fluxibilitati materiae ascri-
bebant, & dolendo illas nec mutari nec
prepediri posse aiebant. Itaque hanc esse
mortalium omnium conditionem, ut velut
in symposio aut bibendum sit aut abeun-
dum. Quinetiam ubi vita cum morte
commutanda erat, vel nullum post fata
sensum fore, vel si quis futurus esset, me-
liore nos sorte futuros esse statuebant. Sic
illi ad mitigandos dolores & fortiter fe-
rendas aduersitates utcumque se instrue-
bant.

27
bant. Sed sacrae literae piorum animos fir-
mioribus & efficacioribus consolationibus
sustulerunt. Quippe afflictiones non te-
merè contingere docent, sed à summa Dei
optimi providentia proficisci, qui animo
paterno illas ad electorum salutem im-
mittat. Ideoq; patienter ferendas & boni
consulendas esse, non quod dolendo ac fre-
mendo mutari nequeant, sed quod forti-
ter accipiendo se ipsos hostiam gratam
Deo offerri sciant. Christi, qui verax est,
promissiones semper esse intuendas: Bea-
ti, qui persecutionem patiuntur propter
iustitiam, quoniam ipsorum est regnum
cælorum: Item, Beati, qui lugent, quo-
niam illi consolationem accipient. His
malis finem aliquando imponendum esse,
tristitiam in gaudia vertendam, pro ad-
uersitatibus amplissimas ac perennes feli-
citem reponendas, quibus nulla quam-
tumvis afflictissima fortuna sit conferen-
da. Quippe non esse condignas passiones
huius temporis ad futuram gloriam, quæ
reuelabitur erga nos. Has aliasq; verissi-
mas firmissimasq; consolationes e penario
sacrarum

sacrarum literarum p̄ij ac san̄cti homines
depromunt, & in medijs calamitatibus
non modo fortes persistunt ac perseuerāt,
sed Spiritu sancto corroborante in ipso
dolorum feruore letantur & exultant.
Postrema diuinorum oraculorum utilitas
hac est, quod Christiani illis firmissimē
innixi, deq; amore DEI paterno erga
se persuasi, vitam eternam propter Chri-
stum sibi donandam certissimē expectant,
& extremo in agone iam constituti
terrores etiam mortis superant, & le-
titia viteq; Cælestis initia experiuntur:
De quo eximio commodo Christus apud
Iohannem loquitur: Si quis sermonem
meum seruauerit, mortem non gusta-
bit in eternum. Saniiores quidem ac
sapientiores Ethnici spem aliquam ater-
nitatis sed incertam fouebant. Hac
namq; ipsorum qualiacunq; erant argu-
menta: Credibile non esse, hominem
omnium animalium præstantissimum à
Deo summè bono ad tam breue æuum &
tot modo labores ac misérias esse condi-
tum. Futurum insuper brutorum omnium
animarum

anim
hanc
Præ
ut be
nant
alter
supp
tatio
infr
mite
hom
Dei
& s
vita
pect
terr
ran
tisc
spes
rum
hau
tius
tia
not
ria

animantium longe miserrimū, si caducam
hanc vitam aeterna felicitas nō exciperet.
Præterea summae Dei iustitiæ congruere,
ut boni à malis præmijs & pœnis discer-
nantur: Id quando hac in vita non fiat,
alteri vitæ locum fore, ubi præmia pios,
supplicia impios sequuntur. Sed argumē-
tationes hæ, quas ratio vacillans necit,
infirmiores sunt, quam ut eis animis fir-
miter ac solidè acquiescat. At Christiani
homines longè alijs munimentis nempe
Dei oraculis promissisq; frequenter iteratis
& sacro codice consignatis tuto innixi
vitam certò securam in Christo ex-
pectant, eaq; fiducia pleni mortis etiam
terriculamenta extremo in agone supe-
rant, & letitiæ Cælestis initia persen-
tiscunt. Quamobrem cum tantæ rei
spes tam firma non ex aridis Philospho-
rum rationibus sed diuinis oraculis
hauriatur, quid potest his esse præstan-
tius? Hæc, optimi auditores, sunt ingen-
tia illa commoda, quæ sacrarum literarum
notitia nobis suppeditat, licet non om-
nia, quæ poteram, sed præcipua modo in
medium

medium adduxerim : Quae si cum digni-
tatibus ante à me expositis contuleritis,
incerti atq; ancipites eritis, utilitates ne
has dignitatibus, an dignitates utilitati-
bus praeponatis. Iure igitur exclamat Re-
gius Vates, & beatum praedicat virum
illum, cuius in lege Iehoua voluntas est,
& in lege eius meditatur die ac nocte.
Verum enimvero hic mihi aurem
vellere quidam & admonere videntur,
magnas esse tenebras & obscuritatem di-
uinorum oraculorum, ideoq; à mortalibus
non facile intelligi. His responsum velim,
effusissimam Dei bonitatem non ea labo-
rare inuidia, ut mortalibus, quos tanto-
pere diligit, libros, quos scrutari ac capere
nequeant, dederit, aut salutarem rerum
adeo necessarium notitiam orationis ob-
scuritate subtraxerit. Non ita me hercle
ludit nobiscum diuina sapientia ac boni-
tas. Apollini ista sinamus, qui obliquis ac
tortuosis responsis animos mortaliū su-
spendere fallereq; solebat. Sic igitur sta-
tuendum : In his, quorum cognitio ad ho-
minum salutem necessaria est, diuinas li-
teras

teras
calig
alicu
id al
ceri,
dilig
scura
non
nam
stiga
perc
feru
conf
est,
ut a
conc
diff
faci
tur,
stau
est,
lis e
con
pun
tion

teras neq̄ obscuras inuolutasq̄ esse, neq̄
 caliginem habere offusam: sed, si quid
 alicubi sub quodam enigmate describatur
 id alijs in locis perspicue ac manifeste do-
 ceri, modo quis in illis attentè euoluendis
 diligentissimè versetur. Adde quod ob-
 scuritas ista ac difficultas intelligendi pijs
 non parum afferat emolumentum. Primò
 namq̄ studium assidue lectionis & inue-
 stigationis in eis accenditur, cupiditas
 percipiendi adaugetur, & precum ardor
 feruescit, quibus Deum, quanta possunt
 constantia, rogant, ut id, quod obscurum
 est, clarius reddat. Deinde adducuntur,
 ut alios, quibus & aetas & usus maiorem
 conciliauit peritiam, sponte sua de locis
 difficilibus consulant: unde fastus, quo
 facile animus noster intumescit, reprimi-
 tur, & mutua inter fideles dilectio in-
 stauratur. Postremò obscuritas illa, sicubi
 est, obscuritati nubium cælestium persimi-
 lis est. Ut enim ex his, si vehementer
 concutiantur, fulgetra fulminaq̄ erum-
 punt, ita è scripturis, si piorum medita-
 tione frequenter colligantur, crebra veri-
 tatis

ratis conuersiones exiliunt. Obscuritas
igitur & difficultas cœlestium oraculorū,
si qua prima fronte occurrit, à crebra eo-
rum lectione minimè nos absterreat, sed
discamus potius, quibus remedijs occurrē-
dum, eaq; obstacula sint remouenda. Duo
autem omnino reperio, quæ ad obscurita-
tem & difficultatem, sicubi est, fugandam
conducunt. Horum prius est vis Spiritus
sancti, qui tenebras pellere & lucem te-
nebrosis inferre potest. Testatur hoc
passim scriptura, cum ait: Spiritus Para-
cletus, quæ sum locutus vobis, omnia sug-
geret: Item, Vnctio docebit vos omnia:
Item, Animalis homo non percipit ea, quæ
sunt DEI, Spiritualis autem iudicat
omnia. Spiritus igitur sancti presen-
tiam & auxilium rogare & expetere
oportet, ut loquelam diuinam percipere
valeamus. Sic David orabat: Retege
oculos meos, ut considerem mirabilia de-
lege tua: Item, Intellectum da mihi, &
scrutabor mandata tua. D. Paulus quoq;
orat in suis Epistolis, sanctis, ad quos
scribit, dari diuinitus sapientiam, spiri-
tualem

tualem
tos ad
terum
diffici
literas
interg
ea, q
medit
Paulu
beret
etus e
libros
rat.
lonice
se ad
num
an se
Chri
form
remi
inter
quog
scrib
stud
enim

tualem prudentiam, & oculos illumina-
 tos ad agnitionem voluntatis diuinae. Al-
 terum, quod ad intelligenda scripturae
 difficilia loca conducit, est, ut quis sacras
 literas crebro ac diligenter euoluat,
 interq; sese conferat, & obscuriora per
 ea, quae magis sunt perspicua, attenta
 meditatione clariora reddat. Hinc
 Paulus monebat Timotheum, ut incum-
 beret lectioni. Et ipse cum Romae vin-
 ctus esset, petijt, sibi mitti Troade cum
 libros tum membranas, quas ibi relique-
 rat. Et in actis Apostolicis de Thessa-
 lonicensibus scribitur, quod audito Paulo
 se ad scripturas contulerint, inspecturi,
 num ea, quae à Paulo acceperant, ita se
 an secus haberent. Et Augustinus de
 Christiana doctrina Concionatorẽ suum
 formans ad scripturarum meditationem
 remittit, docetque ut loca scripturae
 inter sese conferat. Chrysostomus
 quoque in proœmio Epistola ad Romanos
 scribit difficultatem scripturae assiduo
 studio & continua lectione leniri. Non
 enim, inquit, nos, quae scimus ab ingenij
 bonitate

bonitate atq; acumine scimus, sed quod illi viro impensè affecti, ab eius lectione nunquam discedimus. Quapropter si vos quoq; in animum induxeritis, huius lectioni diligentem ac studiosam operam nauare, nihil sanè erit aliud, quod vobis requirendum sit. Verax enim est Christi sermo dicentis: Querite & inuenietis: Pulsate & aperietur vobis. De hinc simile affert non incongruum: Cogitationes, ait, & sensus hominis abstractissimi sunt: amici tamen, quem vehementer diligimus, et quocum perpetuò versamur, cogitationes & sensus animi nutu persape patefiunt nobis, absq; indicio verborum & sermonum, quos ille proferat: Ita fiet in Paulinis Epistolis, modo quis illas amet, & assidue in illis versetur. Hec ille. Quapropter certò statuendum est, difficultatem scripturarum, si qua est, assidua lectione ac meditatione earundem facile superari, presertim si difficilia ad alia loca, in quibus eadem apertius disseruntur, referamus. Et si qua forsitan penetrare atq; intelligere nequimus, ea minime

31

nimè ad salutem necessaria esse statuendū
est. Tantum ad illam obscuritate & dif-
ficultate sacrarum literarum obiectionem
respondisse sufficiat: Nunc temporis ra-
tio postulat, ut orationis vela contraha-
mus & opem diuini auxilij imploremus.
Quamobrem Cælestem hunc scripturæ
thesaurum, quò nihil præstantius huma-
no generi conferre Deus optimus maxi-
mus potuit, ob sui dignitatem atq; utili-
tatem immensam, in precio habere, reue-
reri atq; admirari imprimis conuenit:
Imò diuinam hanc Gazam omnibus mun-
danis opibus, auro, argento gemmisq; præ-
ferre penitus necesse est. Quando, ut au-
rum, argentum, gemme cæteris rebus
vniuersis inter mortales anteponiuntur,
ita diuinæ literæ omnes humanas doctri-
nas ac scientias immenso spacio post se
relinquant. In his enim non mortaliū
aliquis, sed Deus maximus nobiscum lo-
quitur, cui dum sedulo auscultamus, ex-
tra nos animis rapimur, & singularem
alacritatem percipientes mente pariter ac
corpore immutamur, in his quoq; cæleste
pense

penu omnium bonorum copia refertissi-
mum nobis proponitur, ad quod ubi ac-
currerimus, inopia virium ac facultatum
nostrarum prospicere poterimus. Prece-
mur igitur Deum aeternum, qui scriptura
sacra fons & autor est, Verbumq; suum
omnes terrarum orbis terminos emisit,
ut mentes nostras ad eiusdem verbi sedu-
lam lectionem atq; meditationem Spiritu
sancto suo illustret & instruat, ne nobis
sine spiritu legentibus scriptura sacra sit
litera occidens & cadaver exterrans. Qui
enim spiritu, qui verbi anima est, vacant,
fructum nullum e sacra lectione capiunt,
dum non scripturam sed horridum scrip-
turae cadaver tenent & inspiciunt. Ro-
gamus quoq; ut idem verbum, quod sine
Dei ope haud feliciter feritur, in nobis
fructus ferat multos ac durabiles. Non
enim pars, quae in viam, in terram lapi-
dosam, in spinas cadit, sed quae terrae bo-
na committitur, eademum fructum af-
fert plurimum. Faxit igitur Deus, ut
bonus ager simus, qui diuinum hoc semen
avidissime recipiat, & centesimum
fructum

fructus
operis

fructum, per bona cogitata, verba &
opera in vitam usq; eternam asserat.

DIXI.

M. Franciscus Bredouius
Luneburgensis.



rtissi-
bi ac-
tatum
Prece-
ptura
suum
misit,
sedu-
piritu
nobis
sacra sit
s. Qui
acant,
diunt,
scrip-
Ro-
od sine
nobis
Non
n lapi-
re bo-
um af-
eus, ut
semen
simum
ructum



... per bonam ...
... in vitam ...

M. ...
...
...



I
C
D
U

A
v
C
L
r



92 33 59

ULB Halle
004 346 572

3



h
sb

Am...

...der ...

ecclia diffusa usq; terrar. vñ iudic
i nūto. qz celi pastores q' oplum
na ubi dñi. i. filio. firmati sūt. i.
instructi. alla. al. Laus gemina
gemino gaudio pastor' i gregis
gredas resonat ps. Exultate in
vl'a pncipio mēt' s' iubilat'. All.
nat'is inuitat' i felicit' Nam i
sp'it' scilicet. in ubi filio. in dño.
annuntiant. p'ponit sp'm p' qm
sciant. dēme filium. p' qm. rec
dent' p' rēni cui reuerenti. De
pl'o humilitatis v' dñe o'z. D's q' i
humi. De oue reponata fidelit'
ip'it' inuans. o. ca. De pascua
fidelit'. g'uous fa. s. p. Qd' nū d
st'it' se in exemplū boni p'istoris.
lecto q' ip' p'at' s' p' no. ue. vel. q'
st'it' p'at' oues errantes s' d. est
p'at' p'at' i. 7 ep' oues hūm
res. iudicant. All. Laudat' dñm
Delictis resonat sedm. All. Surrex
ip'it' ip'it' i. expl'at' ew. legosū
ip'it' de f'ine qui fugient' iud
ip'it' q' iudicant' i de p'at' q'
ip'it' i. iudicant' sic t'no dñe app



B.I.G.

Farbkarte #13

DE SACRA-
RVM LITERARVM
SEV VERBI DIVINI
PRÆSTANTIA

ORATIO,

Scripta
à

M. FRANCISCO BREDOVIO
Lunenburgensi.



FABIRANÆ SAXONVM
Excudebat Bernhardus Petri
Campens. Anno 1589.

